

κῶς ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε, χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ πα-
 τρίδι²⁾, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτοῦ δήμῳ· ἦν γὰρ Κολωνῆθεν³⁾.
 ὥστε τὸν μὲν δῆμον ἐπίσημον ἀποδείξει, χαρίσασθαι δὲ
 καὶ τὰ μέγιστα τοῖς Ἀθηναίοις, δι' ὧν ἀπορρήτους ἔσε-
 σθαι καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦς κρατήσκειν ὑποτίθεται ὁ
 Οἰδίπους προαναφωνῶν, καὶ ὅτι διαστασιάσουσι πρὸς
 Θηβαίους ποτέ, καὶ τούτων κρατήσουσιν ἐκ χρησμῶν
 διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ.

citur eam fabulam, quam in
 manibus habebat et proxime
 scripserat, Oedipum Colone-
 um, recitasse iudicibus quae-
 sisseque, num illud carmen
 desipientis videretur. Quo
 recitato, sententiis iudicum
 est liberatus. Appuleius in
 Apologia p. 298: Sophocles poe-
 ta, Euripidi aemulus et su-
 perstes, vixit enim ad extre-
 mam senectam; quum igitur
 accusaretur a filio suomet
 dementiae, quasi iam per aet-
 tatem desiperet, protulisse
 dicitur Coloneum suam pere-
 gregiam tragoediarum, quam
 forte tum in eo tempore con-
 scribebat, eamque iudicibus
 legisse, nec quidquam am-
 plius pro defensione sua ad-
 didisse, nisi ut audacter de-
 mentiae condemnarent, si car-
 mina senis displicerent. Ibi
 ego comperior omnes iudices
 tanto poetae assurrexisse,
 miris laudibus eum extulisse
 ob argumenti sollertiam et
 cothurnum facundiae, nec
 ita multum omnes afuisse,
 quin accusatorem potius de-
 mentiae condemnarent. Va-
 lerius Maximus VIII, 7, 12: So-
 phocles quoque gloriosum
 cum rerum natura certamen
 habuit, tam benigne mirifica
 illa opera sua exhibendo,
 quam illa operibus eius tem-
 pora liberaliter submini-
 strando. Prope enim cente-
 simum annum attigit, sub
 ipsum transitum ad mortem
 Oedipode Coloneo scripto,
 qua sola fabula omnium eius-

dem studii poetarum praeri-
 pere gloriam potuit; idque
 ignotum esse posteris filius
 eius Iophon noluit, sepulcro
 patris quae retuli in sculpen-
 do. Plutarchus in libro de re
 publica ab sene gerenda p. 785 A:
 Σοφοκλῆς δὲ λέγεται μὲν ὑπὸ
 τῶν νῆων παρανοίας δίκην φεύ-
 γων ἀναγνῶναι τὴν ἐν Οἰδίποδι
 τῷ ἐπὶ Κολωνοῦ πάροδον, ἣ ἔστιν
 ἀρχή, εὐίππου, ξένη, τᾶςδε —
 βάσσαις. Pseudo-Lucianus
 in Macrobiis c. 24. T. III. p. 226:
 Σοφοκλῆς ὁ τραγωδοποιὸς ὄργα
 σταφυλῆς καταπιῶν ἀπεπνίγη
 πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη.
 οὔτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ νῆος
 ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας
 κρινόμενος ἀνέγνω τοῖς δικα-
 σταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῶ,
 ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος,
 ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνει· ὡς τοὺς
 δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθανμάσαι,
 καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ νῆου
 αὐτοῦ μανίαν. Commemoratum
 etiam de iudicio illo in vita Sopho-
 clis est: φαίνεται δὲ καὶ παρὰ
 πολλοῖς ἢ πρὸς τὸν νῆον Ἰοφῶντα
 γενομένη αὐτῷ δίκη ποτέ. — καὶ
 τότε τὸν Οἰδίποδα παραναγνῶ-
 ναι. — Assentior autem prorsus
 Dindorfio, qui in vita Sophoclis p.
 XLII sqq. totam illam narrationem
 auctore potissimum Satyro, philo-
 sopho Peripatetico, fictam esse gra-
 vissimis argumentis demonstravit.

2) χαριζόμενος οὐ μόνον
 τῇ πατρίδι etc.] Scholiasta
 ad 457: πολλαχοῦ δὲ οἱ τραγικοί
 χαρίζονται ταῖς πατρίσιν ἔνια.
 Cf. etiam Schol. ad Ai. 202. El.
 707. 731.

3) ἦν — Κολωνῆθεν] Confer